



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

§. IX. de impedimento criminis vel delicti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

potest cū alia contrahere, nisi quando infidelis nollit habitare absque contumelia creatoris, & sine studio pervertendi, vel inducendi ad mortale. Quod procedit etiā si cōtraxerint in gradibus per Ecclesiam prohibitis, dūmodo secundū leges eorū matrimoniū sit validū. Si autē infidelis antequam fidelis cū alia contrahat, cōuertatur ad fidē, tenetur fidelis illam recipere. cap. 22. n. 49.

## DE IMPEDIMENTO

*criminis vel delicti.*

### §. IX.

**Q**VANDO possit negari debitū propter adulterium vide tit. Matrimon. X. l. 11. Peccat mort. maritus qui occidit uxorem propriam in adulterio deprehensam. cap. 15. nu. 3.

Non potest maritus accusare adulterij uxorem, quando ipse etiam adulteratus est, nec quando fuit vim passa: nec quando probabiliter credebatur maritum mortuum: nec quando aliquis ad eam accessit sub specie mariti: nec quando maritus præbet adulterandi occasionem, vel tolerat. cap. 16. nu. 29.

Occisio



MATRIMONIUM X. 333

Occisio coniugis alicuius, causa contrahendi cum eius coniuge, facta utroque machinante, perpetuo impedit ac dirimit; quāvis alter esset infidelis, & patrata sit occisio ad eius conuersionem. Facta verò altero tantum machinante, non sufficit, nisi adulterium interueniat. Facta alio fine quàm contrahendi, non sufficit; nec rati habitio occisionis suo nomine facta. Sufficit tamen iussio, vel consilium, cap. 22. numer. 46.

Adulterari scicenter cum coniuge alterius, & contrahere matrimonium, vel dare fidem de contrahendo, impedit ac dirimit: non tamen sufficit datio fidei, nec contractus sine adulterio. Si verò adulterium non sit factum scicenter, sed uterque probabiliter ignorabat, possunt cōtrahere mortuo coniuge, qui impediēbat. Si verò altera tantum pars ignorabat, eius arbitrio relinquitur contrahere vel non: dummodo non rescuerit ante mortem coniugis impediētis; vel, postquam rescuerit, non habuerit copulam. n. 46.

IMPEDIMENTUM Iustitiæ publicæ honestatis: vide titulum Matrimonium. II.

MATRIMONIUM